

& millenarijs : ut myriades decurijs & centurijs in infinitum augeri possunt. Hac Cardinalium numerorum nomenclatura est.

DISTRIBVTIVA sunt, quæ unum numerum communem multis distribuunt in singulos, unde & distributiva dicuntur, quod singulis multorum eundem numerum significant, id est, tot substantias, quot numerus per se significat: ut militibus distributi sunt quini aurei, id est, singulis tantum quinq; dati sunt. Viceni sunt electi ex magna multitudine, id est, vicesimus quisq;. Grecis sunt διαμετρικά, latinè diuisiua. Priscianus partitiva, dispertiva & diuidua vocat.

Sunt autem triplicia, alia digiti, alia articuli, alia composita. Digiti sunt novem, hac serie procedentes.

Singulus, singuli, singula, singula, ἑνιοι, οἱ καθ' ἑνασον: Germanis jede.

Binus, bini, σὺν δύο, ἀνὰ δύο, je zwey. Ternus, trinus, terni, trini, τρισὸς, τριπλὸς, ἀνὰ τρεῖς, je drey. Quaternus, quaterni, ἀνὰ τεσσαρες, je vier.

Quinus, quini, ἀνὰ πέντε, je fünff. Senus, seni, ἀνὰ ἕξ, je sechs. Septenus, septeni, ἀνὰ ἑπτά, je siben.

Octonus, octenus, octoni, octeni, ἀνὰ ἑπτὰ, je acht.

je acht.